Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

effundēdiſq; pro Chriſti fide ſudoribus
nemo perſeuerantior. in fide morūq; ho-
neſtate nemo preclarior. In reſeruandis
arcanis nemo acutior. In referendis an
tiquitatib⁹ nemo copioſior. In explanan
dis ſcripturis nullus verior. In omni ea
rum ſenſu nemo diffuſior. In agendarū
rerum electione nemo ſolertior. In pre-
ceptis legibus dogmatib⁹ atq; inſtitutis
ſanciendis nemo diſcretior. In confeſſio
ne noſtri Chriſti nemo apertior. In flen-
dis culpis nemo feruentior. In ſecundis
aduerſiſq; reb⁹ tollerandis quis conſtan
tior. In plantandis erigendiſq; eccleſijs
quis efficacior. In prodigijs ac miracu-
lis faciendis quis acceptior. In videndo
deum quis clarior atq; limpidior. In oī
eius opere quis perfectior. Quid plurib⁹
morar. Nempe Aug⁹. in omnib⁹ p̄clar⁹
in oib⁹ excelſus. in oibus ſingularis. In
oib⁹ omni ſanctitate ſplēdidus. in omni-
bus denīq; ac p̄ omnia admirabilis. Nā
vt alia omittam quis nō admiretur q̄ p̄ ſe
ipſum ante decimum ⁊ octauum annuz
omnes artes quas liberales vocant p̄ ſe-
ipſum nullo tradente magiſtro didicerit.
quis nō admiretur q̄ ſingulis in operi-
bus ſingulis dicendi modis vſus fuerit.
quis non admiretur q̄ omnibus omnia
publice eius peccata legenda reliquerit.

Quis non admiretur q̄ ex perſecutore fi
dei omnis a Chriſto et fuerit fides cōmiſ
ſa. In qua quidem cōmiſſione ſic eam de
fenſauit. ſic proteriit. ſic roborauit. ſic ſub-
limauit. ⁊ auxit. vt iure ac merito cātetur.
Non eſt inuentum Auguſtino ſimilem.
qui conſeruat legem excelſi. ad ciuitatem
dei amplificare valeret. O ſanctum ro- 5
bur eccleſie. o firmamentum fidei. O cal-
car virtutum. flagitiorum flagellum. He
reſum malleum. Errorum gladium. Ter-
rorem ſuperborum. O armonia celorum.
O tuba angelorum. O fulmen tonantis
dei. O tam toti mundo neceſſarium Au-
guſtinum. Sane igitē quaſi ſol refulgens
Sic iſte refulſit in templo dei. Quomo-
do autem refulſerit. quibuſve modis ful-
gor. lux. ſplendor. efficientia. ceterecq; ſo-
lis proprietates et recte conueniant. ſatis
quoad potuimus breuiter dilucidecq; mō
ſtrauimus. quib⁹ ſicut ſol inter lucida cor
pora. ſic ipſe inter ſanctos ⁊ potētiſſimos
Chriſti milites primatum tenet dubita-
re nemo queat. Quam ob rem diligēdus
colendus. obſeruādus. inuocanduſq; no
bis eſt. vt eius ineffabilib⁹ meritis atq; in
terueniione. nos hic prepotens tueat de⁹
denīq; perhennis nos ſue glorie eternos
faciat poſſeſſores. Amen.

Opus canonum Aurelij Auguſtini. cum noua ac preclara in-
terpretatione Ambroſij choriolani viri preſtantiſſimi. genera-
lis magiſtri toti⁹ ordinis heremitarum diui Auguſtini. perſpe-
ctabiles viros. Tilmānū limperger. ordinis heremitarum ſancti
Auguſtini. fratrē. Jacobū fedderer. Johannē ſcherrer. artū li-
beralium pfeſſores ⁊ ſacre theologie bacchalarios formatos et
quiſitiſſime caſtigatum atq; reuiſum eſt. Impreſſūq; Argentine
arte ⁊ impēſis ſolertiſſimi viri Martini ſchott. Anno ſaluti. M.
CCCCC.XL.

Monimenta ad lectorem.

Si quis ades doctus Ambroſij nomen adorans
Et libros properas velle videre nouos
Hunc eme qui docti nomen. q̄ limen olimpi
Queris. habet preſens mun⁹ vtrūq; liber
Hinc celeſte bonū. ſanctoſq; docebere mores
Et prodeſſe magis lecno nulla poteſt.

F. D. L.